



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Ecclesiasticorum Vita, Moribus, Officiis Libri Tres**

**Schevichavius, Gisbertus**

**Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.**

Cap. LIV. Qva Concionatori Opvs scientia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42349**

nobiscum nec pessimis fortasse consultoribus, beneuolis quidem certe collocuti, laudabilius duximus ea, qua dicenda & facienda, sint, addiscere, quam quae nescimus, docere. Praclare enim cum eo agitur, cui vel altissima senectus doctrinam canam attulerit, eamque vim habentem, ut noua in pietate animae utilitati atque adiumento esse queat. Ac meo quidem iudicio admodum stulte temereque, illi faciunt, qui priusquam ipsi satis doctrina instructi sint, aliorum se Magistros profitentur, figlinamque, ut vulgo dici solet, in dolio discunt, hoc est, alienarum animarum periculo pietatem meditantur. Stulte, si ne ignorantiam quidem suam praesentiant; temere, si cum eam intelligant, hoc tamen negotium suscipere audent.

*Temerarii quae in rebus maximis statim ingruunt ac doctrinae specimen edunt.*

C A P. LIV.

QVA CONCIONATORI OPVS scientia.

§. **P**rouidendum, ut concionatores probè didicerint, & intellexerint, quod alios edocere uoluerint, & si aetatis & iudicii maturitate caruerint, ne illud tam sublime officium illotis quasi manibus & uelut mufcae in accensam candelam non inuolent, honoris lumine delectati, & combustionis periculum non attendentes, quos moralis Doctor Beatus Gregorius Magnus serio ab hac inconsideratissima temeritate deterret 3. part. Pastor. admonit. 26. Admonendi sunt, ait, quos à praedicationis officio, vel imperfectio, vel aetas prohibet, & tamen praecipitatio impellit: ne dum tanti sibi onus

*Recte certò intelligendū, quod quis alios docere statuerit.*

**Implumes  
auicula.**

onus officii precipitatione arrogat: viam sibi subsequenti meliorationis abscondant: & cum arripiunt intempestive quod non valent: perdant etiam quod implere quandoque tempestive potuissent: atque scientiam quam incongrue conantur ostendere iuste ostendantur amississe. Admonendi sunt ut considerent quod structuris recentibus nec dum solidatis, si tignorum pondus superponitur: non habitaculum, sed ruina fabricatur. Admonendi sunt, ut considerent quod conceptas soboles femina si priusquam plene fermentur proferunt: nequaquam domos, sed tumulos replent. Hinc est quod ipsa veritas quae repente quos vellet roborare potuisset: ut exemplum sequentibus daret, ne imperfecti predicare presumerent, postquam discipulos de virtutis predicacione

**Apta simi-  
liudines.**

instruxit: illo adiunxit: Vos autem sedete in ciuitate quoque adhaec que induamini virtute ex alto. In ciuitate quippe consideramus: si intra mentium nostrarum nos claustra constringimus: nequando exterius euagemur, ut cum virtute diuina perfecte redimimur: tunc quasi a nobismetipsis foras etiam alios instruamus. Hinc per quandam sapientem dicitur Eccl. 32. v. 10. Adolescens loquere in causa tua vix. Et si bis interrogatum fueris: habeat initium responsio tua. Hinc est quod idem Redemptor noster cum in caelis sit conditor, & ostensione sua potens

**Luc. 24.**

semper doctor Angelorum, ante tricennale tempus in terra Magister noluit fieri hominum, ut videlicet precipitatis vim superberrimam timoris infunderet: cum ipse etiam qui labi non posset perfecta vitae gratiam non nisi perfecta aetate praestaret. Scriptum quippe est: Luc. 2. v. 42. Cum factus esset annorum duodecim: remansit puer Iesus in Hierusalem. De quo a parentibus requisito paulo post subditur, v. 46. Inuenerunt illum in templo sedentem in medio Doctorum: audientem illos & interrogantem. Vigilanti itaque consideratione pensandum est, quod cum Iesus annorum duodecim dicitur in medio Doctorum sedens: non docens, sed interrogans inuenitur. Quo exemplum ostenditur ne infirmus docere quis audeat, si ille puer docentem interrogando voluit, qui per diuinitatis potentiam verbum scientiae ipsis suis Doctoribus ministravit.

**Christi ex-  
emplum.**

§. S. Hieron.

S. Hieronym. epist. 2 ad Nepot. cap. 8. Diuinas, inquit, scripturas sepius lege, immo nunquam de manibus tuis sacra lectio deponatur. Disce, quod doceas. Et rursus S. Hieronym. epist. 4 ad Rusticum Monachum, & habetur 16. quest. 1. cap. 27. Si clericatus, ait, tibi illat desiderium, discas, quod possis docere, & rationabilem Deo offeras hostiam, ne sis miles, priusquam tyro, ne prius magister sis quam discipulus.

Lectio Scripturas perpetuanda.

§. Verum quantumuis humana, diuinaque scientia perpolitus sit concionator, toto tamen pectore in studium incumbat, necesse est. Sic Apostolus suum hortatur Timotheum 1. epist. 4. v. 13. Dum venio, attende lectioni, exhortationi, & doctrinae. Inuigila S. Scripturis, ut alios queas exhortari & docere. Et cui hoc scribebat D. Paulus? Cui dat testimonium, 2. Timoth. 3. vers. 15. Ab infantia sacras literas nosti. Si nouerat, quid opus studio? Pro se ac S. Timotheo respondet D. Augustin. Doctorem princeps epistola 3. ad Volusianum, cuius sententia a nobis recitata est capite 50. quae hunc habet sensum: quod quamuis in Scriptura ea res pateant in promptuque sint omnibus, quae ad salutem sunt cognitae necessariae, tamen tam multa, tam varia, tam abstrusa in ea lateant mysteria, ut illa ab humano ingenio penetrari & exhauriri nequeant, ut nunquam studentibus, discendique desit materia.

§. Quin & ipse diuinus Paulus, diuino huic studio immortalis est. Licet enim Euangelium diuinitus edoctus esset Galat. 1. vers. 11. 12. & martyrio proximus. Ego, inquit 2. Timoth. 4. vers. 6. iam delibor, & tempus resolutionis meae instat, tamen vers. 16. subiungit: Penulam (S. Hieron. 3. libro aduersus Pelag. lacernam, hoc est, pallium, siue extremam vestem, qua in carcere se contra aeris iniurias munit, nec ab aliis petere cogatur) quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer tecum & libros (veteris, nouique testamenti scriptos codices) maxime autem membrañas (a me scriptas) ut nimirum iis viuens v-

A a a

tatur,

tatur, tam S. Scriptura studio deditus erat, & motiens Christianis relinqueret: Tamdiu discendum nobis est, quod diu uiuitur dicebat Solon. *Beati qui scrutantur testimonia Domini, & in toto corde suo exquirunt eum. Psal. 118. v. 2.*

**Concionandi**

**officium inco-**  
**siderate non**  
**presensandum**

**Ecclesiastico**

**probus & do-**

**ctus concio-**

**nandi mung-**

**no diffugiatur**

**Ecclesiastico**

**ad docendi**

**officium non**

**temere presi-**

**liat.**

**Ecclesiastes**

**sit inftar con-**

**cha diuinu**

**liquorem re-**

**tinens.**

**Ironia.**

**Christi taci-**

**urnitas gar-**

**riendi sanat**

**pruriginem.**

**S. S. Bernardus serm. 18. in Cantica. Sane, in qui-**  
**cauendum in his aut dare quod nobis accepimus: aut quod ac-**  
**cepimus, retinere. Rem profecto proximi retinuit,**  
**si (verbi causa) plenus virtutibus cum sis, forisq; nihilominus di-**  
**nis scientia & eloquentia ornatus, metu forte, aut cogitatio-**  
**minus discreta humilitate verbum bonum quod posset profer-**  
**re multis, inutili, imo & damnabili ligas silentio, certe maledic-**  
**quod frumenta abscondis in populis. Rursum quod tuum**  
**spargis & perdis, si priusquam infundaris totus, semper**  
**festines effundere, contra legem arans in primogenito boni, &**  
**ouis primogenitum tondens. Nimirum vita atq; salute quam**  
**alteri das, te fraudas, dum sana vinctus intentione glorie tuam**  
**vento insaris, aut terrena cupiditatis veneno insicris, & lacer-**  
**apostemate turgens interis: Quamobrem si sapias, concubina**  
**exhibebis, & non canalem. Hic si quidem pene simul & reser-**  
**& refundit: illa vero donec impleatur expectat, & sic quod**  
**per abundat sine suo damno communicat, sciens maledicam pro**  
**partem suam facit deteriorem. Et ne meum consilium contem-**  
**ptibile ducas, audi sapientiozem me: Stultus, ait Salomon, pro-**  
**fert totum spiritum suum simul, sapiens reseruat in posterum.**  
**Verum canales multos hodie habemus in Ecclesia, concubina-**  
**ro per paucas. Tanta charitatis sunt, per quos nobis fluentia ce-**  
**lestia emanant, vt ante effundere quam infundi velint, & loqui-**  
**quam audire paratiores, & prompti docere quod non didice-**  
**runt, & alijs praesse gestientes, qui se ipsos regere nesciunt. Et**  
**quidem sine solida eruditione ad docendum praecip-**  
**tes silentio Christi Domini ad 30. vsque annum sece-**  
**to sigillar idem S. Bernard. sermon. 1. in Epiphania Domini.**  
**Hic est, ait Pater Matth. 17. v. 5. Filius meus dilectus, in quo**  
**mihi bene placui. Ecce Domine Iesu, vel iam nunc loquere. Quis**  
**que filius? quousque dissimulas? Diu tacuisti, & valde diu: re-**

iam nunc loquendi licentiam habes à patre. Quamdiu virtus & Dei sapientia, quasi infirmus aliquis & insipiens lates in populo? Quamdiu nobilis rex & rex cæli, fabri filium te pateris appellari pariter & putari? Etenim Lucas Evangelista testatur cap. 3. v. 23. quoniam adhuc filius Ioseph putabatur. O humilitas virtus Christi, quatum confundis superbiam nostram vanitatis? parum aliquid scio, vel magis scire mihi videor, & iam silere non possum: impudenter me & imprudenter ingerens & ostentans, promptulus ad loquendum, velox ad docendum, tardus ad audiendum. Et Christus cum tanto tempore silebat, cum seipsum abscondebatur, nunquid inanem gloriam metuebat? Quid timeret ab inani gloria, qui est vera gloria patris? utiq; timebat, sed non sibi. Nobis timebat ab illa, quibus nouerat esse commendandum: nobis cauebat, nos instruebat. Tacebat ore, sed instruebat opere: & quod postea docuit verbo, iam clamabat exemplo. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.

S. Istam in pulpita insiliendi, & sine necessaria virtute ac eruditione docendi temeritatem reprehendit Sanctus Gregorius Nazianzenus Apologetico 1. Tam male affecti sumus, ut maior pars nostrum, ne dicam omnes, prius fere quam lanuginem primam abiecerint, puerilique more balbutire desierint, priusquam diuina atria ingressi sint, priusquam sacra volumina vel de nomine nouerint, priusquam noui testamentique veteris signa notasq; cognouerint: nondum enim dico priusquam impure & flagitioseq; vite cœnum absterferint, easq; anime fœditates, quas nobis peccatum asperxit, si duas aut tres pias voces edidicerimus, ac nec id quidem ex lectione, sed ex auditione, aut Dauidi nonnihil operæ dederimus, aut pallium scite contrahamus, aut zona tenuis philosophemur, pietatisq; specie quadam & fucos nosmetipsos oblinamus, papa, quam egregia presentur aliquam excelsus animus! Protinus Samuelem ab ipsis incunabulis sacrosanctum in ore habemus: protinus sapientes sumus, & preceptores, & rerum diuinarum cognitione sublimes, & Scribarum & Legislatorum primi, nosq; ipsos calculo nostro

Seruatoris  
modestia.

Iacob. 1. v. 19.  
Sic omnis homo  
velox ad  
audiendum,  
tardus ad lo-  
quendum, &  
tardus ad  
iram.

cœlestes designamus, ac vocari ab hominibus Rabbi expectamus, nec vsquam litera, sed omnia spiritali modo intelligenda sunt, meraque deliramenta in summa nostra indigna, & moleste tulerimus, nisi mirificis laudibus in cœlum esseramus. Tibi pulchrè illud Salomonis quadrare videtur. Est peruersa, quam vidi sub sole, hominem opinione sua sapientem, & quod sceleratius est, aliis instituendis præfectum, qui ne sua quidem ignorantia sibi sit conscius. Hoc vitium lachrymis quidem & luctibus, si quod aliud, dignum est, idque sapenumero mecum deploravi, optime sciens, opinionem rei opinione concepta maximam partem auferre, inanisque gloriæ studium ad virtutis abiectionem hominibus plurimum obesse.

§. Et quidem S. Paulus hoc nomine commendat B. Timotheum 2. epist. cap. 3. v. 14. & 15. quod piam vitamque doctrinam ab illo ipsemet hauerit, & legum Prophetarumque cognitionem à teneris vnguentis perceperit, hortaturque, vt his constanter in hæretis, vt quæ sacræ literæ illum informant, quò modo per eum in Christum salutem consequatur, Apostoli verba sunt: Tu vero permane in iis, quæ didicisti, & credita sunt tibi: sciens à quo didiceris, & quia ab infantia sacras litteras nosti, quæ te possunt instruere ad salutem, per fidem, quæ est in

CHRISTO JESU.

§. Quæ optima discendi, docendique ratio, tractat

Modus sciendi.

Id ante omnia perdiscendum, quod diuino amoris humanæque salutis appetitum.

Varij discendum fines.

Sæctus Bernardus sermone 36. in Cantic. Qui se inquit apostolus 1. Corinth. 8. putat aliquid scire, nondum scit quomodo oporteat eum scire. Vides quoniam non probat multa scire, si sciendi modum nescierit: Vides, inquam, quomodo prædictum & utilitatem scientiæ in modo sciendi constituit? Quod ergo dicit modum sciendi? Quid? nisi vt scias quo ordine, quo studio, quo fine quaque nosse oporteat? Quo ordine? vt in primis quod maturius ad salutem. Quo studio? vt ut ardentius, quod vehementius ad amorem. Quo fine? vt non ad inuicem gloriæ, aut curiositatem, aut aliquid simile, sed tantum ad discipulationem tuam, vel proximi. Sunt namque qui sine voluntate in

fine tantum, vt sciant: & turpis curiositas est. Et sunt, qui scire volunt, vt sciantur ipsi: & turpis vanitas est. Qui profecto non euadent subsannantem Satyricum, & ei qui est eiusmodi decantantem: Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter. Et sunt item qui scire volunt, vt scientiam suam vendant, verbis causa, pro pecunia pro honoribus: & turpis questus est. Sed sunt quoque qui scire volunt, vt edificet: & charitas est. Et item, qui scire volunt, vt edificentur, & prudentia est. Horum omnium soli ultimi duo non inueniuntur in abusione scientia, quippe qui ad hoc volunt intelligere, vt benefaciant. Denique intellectus bonus omnibus facientibus eum. Psalm. 110. vers. 10. Reliqui omnes audiant: Scienti bonum, & non facienti, peccatum est ei. Iacobi 4. vers. 17. Ac si per similitudinem dicat: Sumentibus non digerenti, perniciosum est ei. Cibus siquidem indigestus, & qui bonam non habet decoctionem, malos generat humores, & corrumpit corpus, & non nutrit. Ita & multa scientia ingesta stomacho anime, que est memoria, si decocta igne caritatis non fuerit, & sic per quosdam artus anime, mores scilicet atque actus transfusa atque digesta, quatenus ipsa de bonis que nouerit, vita attestante & moribus bona efficiatur: nonne illa scientia reputabitur in peccatum, tanquam cibus conuersus in prauos, noxiosque humores? An non malus humor peccatum? an non mali humores prauis mores? An non inflationes & tortiones in conscientia sustinebit qui huiusmodi est, sciens videlicet bonum, & non faciens? An non responsum mortis & damnationis toties in semetipso habebit, quoties in mentem uenerit sermo, quem dixit DEVS, quia seruus sciens uoluntatem DOMINI sui, & non faciens digna, plangis uapulabit multis: Luca 12.

Scientia inflat, charitas edificat. 1. Cor. 8. v. 1.

v. 47.

✠(?)✠  
)(

Aaa 3 CAPVT